

Josep PERARNAU ESPELT

QUATRE NOUS DOCUMENTS PAPALS SOBRE L'HERÈNCIA DE
JOAN DE TAGAMANENT DESVIADA DE L'ESCOLA LUL-LIANA
DEL PUIG DE RANDA

(ASV, Arm 29 (*Diversorum Camerae*), vol. 46)

L'any passat es publicaven en aquestes pàgines quatre butlles del papa Sixt IV, que deixaven sense efecte la darrera voluntat del mercader mallorquí Joan de Tagamanent, la de crear amb els seus béns un col·legi lul·lià i una casa d'acolliment per a pobres al Puig de Randa.¹

Un any més tard, un altre fons de l'Arxiu Secret Vaticà ha proporcionat quatre documents complementaris d'aquella operació, que, globalment considerats, presenten dues variants en relació als primers: la primera és que pertanyen a un altre pontificat, el d'Innocenci VIII (1484-1492), que validà personalment, 'manu propria', cada un dels documents; la segona és que permeten de conèixer les darreres actuacions i el destí real de la part d'aquella herència, que no fou destinada als nebots Tagamanent.²

Són les següents:

I

Innocenci VIII mana als banquers de Pazzi que conservin en dipòsit tots els diners pertanyents a l'herència de Joan de Tagamanent i que només en disposin per manament especial i exprés del papa.

F. 71v:

1488 març 3. Roma, Sant Pere

Innocentius papa VIII

In mg: Mandatum mercatoribus de Pazzis ut teneant in depositum hic expressam pecuniam

Infra in mg: De curia

Dilectis filiis Guillelmo et Johanni de Pazzis ac sociis mercatoribus in Romana curia. Horum serie mandamus quatenus omnem pecuniarum summam apud vos existentem, pertinentem ad hereditatem condam Johannis de Tagamanent,

1. Josep PERARNAU I ESPELT, *Les butlles de Sixt IV desviant d'una projectada escola lul·liana del Puig de Randa l'herència d'En Joan de Tagamanent*, dins «Arxiu de Textos Catalans Antics», XV (1996), 415-426.

2. Vegeu en particular la butlla del 30 d'agost del 1480, que fa la distribució dels béns deixats per Joan de Tagamanent a les seves projectades fundacions del Puig de Randa.

Maioricensis, in depositum ad instantiam nostram tenere debeat. Et cum ad pias causas huiusmodi pecuniarum summa converti debeat, sine nostro speciali et expresso mandato, de eadem summa aliquid disponere vel alicui ex ea aliquid solvere non presumatis, in contrarium non obstantibus quibuscumque. Datis in Palatio Apostolico, die tertia martii 1488, pontificatus nostri anno quarto.

Alfonsus Messia, cursor, retulit die 4^a martii 1488 presentasse dictum mandatum. Jo. de Ancona.

Placet et ita motu proprio mandamus. J.

II

Innocenci VIII confirma el manament anterior i invalida un intent d'Arnau de Puigdorfila de servir-se de part dels diners esmentats.

F. 75v:

1488 març 11. Roma, Sant Pere

In mg: Mandatum mercatoribus ne solvant certam pecuniam

Infra in mg: De curia

Dilectis filiis Gulielmo et Johanni de Pactiis ac sociis mercatoribus in Romana curia. Intelleximus quod cum nuper vobis mandaverimus ut omnes pecunias apud vos existentes ad hereditatem condam Johannis de Tagamanent, Maioricensis, spectantes, in depositum ad instantiam nostram tenere deberetis, vos, ad eludendum huiusmodi nostrum mandatum, allegatis pecunias huiusmodi sive illarum partem ad instantiam cuiusdam Arnaldi Pudorphila, de Maiorica, dicti Johannis asserti affinis sive executoris testamentarii, quibusdam mercatoribus in curia promississe, et vos illas libere et sine aliqua exceptione soluturos obligasse necnon pro dicta summa litteras cambii dedisse, Nos, intendentes mandatum nostrum huiusmodi debitum sortiri effectum, illudque huiusmodi allegatione non frustrari, et cum huiusmodi pecunie ad pias causas converti debeant, vobis tenore presentium districte precipimus et mandamus quatenus pecunias antedictas in depositum iuxta tenorem dicti mandati, sub nostre indignationis incursu et mille ducatorum camere nostre, ultra dictam partem, applicandorum, ad nostram instantiam tenere debeatis, nec quocumque pretextu obligationis et literarum premissarum seu aliarum quarumcumque cuiquam solvere presumatis; inhibentes nichilominus sub excommunicationis late sententie pena dilectis filiis Stephano de Ginutiis et sociis mercatoribus in eadem curia, quibus dicta promissio facta et littere concesse extiterunt, ne quod quomodolibet illarum pretextu innovare nec Nos molestare presumant; decernentes nichilominus irritum et inane si quod forsitan in contrarium contigerit attemptari, premissis ac aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datis in Palatio Nostro Apostolico, die XI martii 1488, pontificatus nostri anno quarto.

In mg: J.

Placet et ita motu proprio mandamus. Die xiiij predicti mensis martii Simonettus Balistarius presentavit dictum mandatum omnibus predictis, prout etiam retulit. Jo. de Ancona.

III

Innocenci VIII, recordada la distribució de l'herència de Joan de Tagamanent establerta per Sixt IV, determina que la quantitat destinada a fundar un benefici eclesiàstic a Mallorca per a Arnau de Puigdorfila, s'apliqui a la capella del Sant Sudari o de la Verònica de la basílica de Sant Pere de Roma, i reconeix haver rebut ja 500 ducats del banquer Stefano de Ginutiis.

Ff. 94r-95v:

1488 abril 1. Roma, Sant Pere

Innocentius papa VIII

In mg: Quitamentum Arnaldi et Guillelmi ac Berengerii et fratrum de Tagmanent (!)

Dilectis filiis Stephano de Ginutiis et sociis mercatoribus Romanam curiam sequentibus. Dudum felicitis recordationis Sixtus papa IIII, predecessor noster, ad supplicationem dilectorum filiorum Arnaldi de Pudorphila (!), clerici, et Guillelmi ac Berengarii Bernardi, de Tagmanent (!), fratrum laicorum, ac Perrete, mulieris, etiam de Tagmanent, Maioricensium, omnia bona quondam Johannis etiam de Tagmanent et patrum dictorum Guillelmi et Berengarii ac Perrette, que bona ex testamento ipsius Johannis in fabricam et dotem cuiusdam domus seu pii loci in quodam monte tunc expresso, nuncupato de la Rande (!), Maioricensis diocesis, converti debebant, videlicet existentia in regnis et partibus Hispaniarum Guillelmo et Berengario ac Perrette, reliqua vero que preterquam in Yspania alibi reperiri possent, Arnaldo, prefatis, per quasdam suas litteras concessit. Voluit tamen idem predecessor quod dictus Arnaldus, ex bonis predictis, pro dicti testatoris anima aliquod beneficium erigi facere et sufficienter dotare, maioritatem convertere teneretur. [f. 94v] Nos autem, qui nuper capellam patriarchalis basilice Principis Apostolorum in Urbe, in qua Ihesu Christi Domini et Salvatoris nostri Sudarium conservatur, pro eiusdem sudarii decentiori et honorificentiori conservatione ampliari et reformari facere incepimus, ex nonnullis causis animum nostrum moventibus, mille et quingentos ducatos auri de camera ad hereditatem dicti Johannis testatoris pertinentes, penes dilectos filios Guillelmo et Johannem de Paciis et sociis mercatoribus existentes, qui eos vigore dictarum litterarum Sixti predecessoris nostri dicto Arnaldo ad certum tempus solvere promiserant, et ad eiusdem Arnaldi instantiam iam ex ipsis quingentos ducatos dicti mercatores de Paciis solvi vobis Stephano et sociis prefatis iusserant, seu litteras cambii dederant, applicavimus seu converti mandavimus pro anima ipsius testatoris, prout latius in litteris predecessoris prefati ac nostris continetur; et, cum ex mandato nostro dictos quingentos ducatos in dictam fabricam convertendos dilectis filiis magistro Bartholomeo Moreno, notario ac in Urbe gubernatori nostro, et Floriano Bertono de Exio, prefati gubernatoris auditori, solveritis et consignaveritis, qui nobis eos

dederunt et in pecunia numerata solverunt; idcirco vobis facimus de predicta summa finem et quietationem ac perpetuam liberationem; et volumus ac mandamus pro dicta summa ab aliquo amplius vos molestari non posse nec debere, prout etiam latius in dictis nostris litteris continetur, non obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus. Datum Rome [f. 95r] in Palatio Apostolico, die prima mensis aprilis anno Domini M CCCC L XXX octavo

Et ita fatemur recepisse, ut supra, et quitamus in forma.
Innocentius papa VIII manu propria

IV

Innocenci VIII reconeix als banquers de Pazzi haver rebut d'ells mil ducats i de Stefano de Ginutiis altres cinc-cents, tots procedents de l'herència de Joan de Tagamanent, per ell destinats a la capella del Sant Sudari o de la Verònica de la basílica de Sant Pere.

Ff. 120v-121r:

1488 maig (?). Roma, Sant Pere

Innocentius papa VIII

In mg: Quietatio per sanctissimum dominum nostrum facta mercatoribus de Paziis

Infra in mg: De curia

Dilectis filiis Guillelmo et Johanni de Paziis, civibus et mercatoribus Florentinis et eorum sociis Romanam curiam degentibus. Dudum felicis recordationis Sixtus papa IIII, predecessor noster, ad supplicationem dilectorum filiorum Arnaldi de Pudorphila (!), clerici, et Guillelmi ac Berengarii Bernardi de Tagamanent, fratrum laicorum, ac Perrette, mulieris, etiam de Tagamanent, Maioricensium, omnia bona condam Johannis etiam de Tagamanent, patris dictorum Guillelmi et Berengarii ac Perrette (que bona ex testamento ipsius Johannis in fabricam et dotem cuiusdam domus seu pii loci in quodam monte tunc expresso, nuncupato de la Randa, Maioricensis diocesis, converti debebant), videlicet existentia in regnis et partibus Ispanie, Guillelmo et Berengario ac Perrette, reliqua vero que preterquam in Ispania alibi reperiri possent, Arnaldo, prefatis, per quasdam suas litteras concessit. Voluit tamen idem predecessor quod dictus Arnaldus ex bonis predictis pro dicti testatoris anima aliquod beneficium erigi facere et sufficienter dotare, aut tantum quantum ad id necessarium foret in aliquod aliud pium opus in insula Maioricarum convertere teneretur. Nos autem, qui nuper capellam patriarchalis basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, in qua Ihesu Christi Domini et Salvatoris nostri sudarium conservatur, pro eiusdem sudarii decentiori et honorificentiori conservatione ampliari et reformari facere incepimus, ex nonnullis causis animum nostrum moventibus, mille et quingentos ducatos auri de camera ad hereditatem dicti Johannis testatoris pertinentes, penes vos existentes, qui eos vigore dictarum litterarum Sixti, predecessoris nostri, dicto Arnaldo ad certum tempus solvere promiseratis et ad eiusdem Arnaldi instantiam iam ex ipsis, quingentos ducatos per dilectos filios Stephanum de Ginnutiis et socios mercato-

res, Romanam curiam sequentes, eidem Arnaldo solvi iusseratis seu litteras cambii dederatis, applicavimus et converti mandavimus pro anima ipsius testatoris, prout latius in litteris [f. 121r] predecessoris prefati ac nostris continetur. Et cum dictos mille et quingentos ducatos auri de camera in dictam fabricam convertendos a vobis Guillelmo et Johanne ac sociis prefatis in pecunia numerata habuerimus et receperimus, videlicet quia vos nobis solvistis et consignastis mille ducatos, predicti vero Stephanus de Ginutiis et socii, vigore dictarum litterarum cambii quingentos ducatos similiter nobis solverunt et consignarunt, ita quod integre nobis satisfactum per vos fuit de tota predicta summa, idcirco vobis, Guillelmo et Johanni ac sociis prefatis vestrorumque heredibus et filiis facimus de predicta summa finem et quietationem ac perpetuam liberationem. Et volumus et mandamus pro dicta summa ab aliquo amplius vos molestari non posse nec debere, prout etiam latius in dictis nostris litteris continetur. Non obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus.

Et ita fatemur recepisse, ut supra, et quatenus in forma. Innocentius papa VIII manu propria. J.

* * *

Cal suposar que la trajectòria dels mil cinc-cents ducats, destinats a establir un benifet a la Seu de Mallorca, s'aturà definitivament en les parets de la capella del Sant Sudari; dissortadament, aquella, ja no és possible de visitar-la a Sant Pere.

En canvi, la viva i moguda situació del lul·lisme mallorquí d'aquells anys obliga a deixar almenys la pregunta de quina significació podia tenir dins aquell conjunt la decisió de Joan de Tagamanent d'oferir la base econòmica per a una fundació doble al Puig de Randa. Car no es pot oblidar l'estada a Mallorca, el mateix any 1488, de fra Mario de Passa: quina relació pogué haver-hi entre l'herència de Beatriu de Pinós i la, de fet inútil, de Joan de Tagamanent?³

Roma-Barcelona, gener-juny 1997

3. Sobre el lul·lisme mallorquí d'aquells moments, hom pot veure: Eusebio PASCUAL, *Detalles curiosos de una visita a D^a Beatriz de Pinós*, dins «Boletín de la Sociedad Arqueológica Luliana», VII (1897), 2-3; Estanislau AGUILÓ, *Dona Beatriu de Pinós y misser Marco Venecià (1488)*, dins *ibid.*, 218-220; 238-239; Gabriel LLABRÉS, *Testamento de doña Beatriz de Pinós. Ciudad de Mallorca 11 Noviembre 1484*, dins «Bolletí de la Societat Arqueològica Luliana», XX (1923-1925), 305-309; Antoni PONS, *El primer testament notarial de Beatriu de Pinós*, dins «Bolletí de la Societat Arqueològica Luliana», XXVI (1935), 180; *Beatriu de Pinós i l'Estudi General*, dins «Estudios Lulianos», XIX (1975), 81-105; *Fra Mario de Passa, lul·lista i bibliòfil*, dins «Estudis Universitaris Catalans», XXII (1936 = Homenatge a Antoni Rubió i Lluch), 317; Joan MUNTANER I BUJOSA, *Inventario y subasta de los bienes de Beatriz de Pinós*,

dins «Boletín de la Sociedad Arqueológica Luliana», XXVIII (1939-1943), 305-309; i *Documentos*: «Informació sobre los aliments de mestre Mario» [de Passa], en el mateix volum, 411-413; Gabriel LLOMPART I MORAGUES, *Francesc Prats, devotio moderna, humanismo y lulismo en Miramar*, dins «Estudios Lulianos», 22 (1978), 279-306; i, particularment en relació al moment romà, relacionat amb una acusació d'heterodòxia contra Pere Deguí aquells mateixos anys, Jocelyn Nigel HILLGARTH, *An unpublished lullian sermon by Pere Deguí*, dins *Aristotelica et Lulliana* magistro doctissimo Charles H. Lohr septuagesimum annum feliciter agenti dicata ediderunt Fernando DOMÍNGUEZ, Ruedi IMBACH, Theodor PINDL, et Peter WALTER (Instrumenta Patristica, XXVI), Steenbrughe i The Hague, Abbatia Sancti Petri i Martinus Nijhoff International 1995, 561-569.

De les informacions proporcionades per la bibliografia indicada es dedueix que en aquells moments funcionava a Randa l'escola fundada per Agnès de Quint;

que l'any 1481 el (o un dels seus mestres) fou Pere Deguí, qui el 1482 publicaria a Barcelona la seva *Janua artis*, immediatament després de la qual, el 1483 l'obra era prohibida per butlla de Sixt IV i començava un procés, in causa fidei⁷ o inquisitorial a càrrec de Pere Deguí, del qual sortí absolt i així la *Janua artis* fou segonament publicada a Roma el 1485;

aquests fets no pogueren afectar en res les decisions de Sixt IV ni, sembla, tal com fins ara ens consta que anaren les coses, que haguessin afectar la decisió d'Innocenci VIII;

en principi, doncs, i si no compareix nova documentació anterior al 1488, la crisi lul·liana entorn a Pere Deguí no sembla que es pugui relacionar amb les decisions papals relatives a l'herència de Joan de Tagamanent.

La figura central de tot l'afer cada cop més sembla haver estat Arnau de Puigdorfilà, que isqué de la jugada com un gall pelat, o almenys sense les mil cinc-cents noves plomes amb què maldava a empolainar-se.